

habebo ex eo multa pro alterâ editione mei libelli, et novi fortè plus quàm centum libros ab eo omisos, verè tamen Botanicos. Studium juvandi pubem Botanicam, festinatio et per infinita negotia distractus animus efficit paroramata, heu! nimis multa, in meo libello; inadsuetus eram, etc.; justè vapulo.

Quod ad *Involucra* attinet. Emendavi in *Hera-cleo*; involucrum universale in eo valdè caducum est. *Buplevrum* caret involucro universali: Perfoliata enim modò folium ad umbellam gerit; reliquæ species plura folia, non calycina. *Oenanthes* species fortè aliquæ ad alia genera amandari possent. Sit us ut velit; nil perfectum me edere unquam crediderim ipse; sera dies perficiet incepta, si digna; interim emendabo ipse quod possum dum vixero.

Utinàm à te semina habere possem lecta in vestro agro, qui præ reliquis, Europæis omnibus plantis superbit et numero et structurâ!

*Hæc antè 5 menses scripsi.*

---

de la Bibliothèque Royale. Il publia à ce sujet la *Bibliotheca Botanica* (La Haye, 1740), à laquelle Gronovius ajouta un Supplément. Ce travail, bien surpassé depuis par Haller, est traité sévèrement dans une lettre écrite de Paris à Linné par M. Celsius. (22 février 1742.)